

12 - 12 - 1910.

4

DE SCIENTIIS MEDICIS  
NONNULLÆ PROPOSITIONES.  
THESIS,

QUAM, DEO FAVENTE, IMPUGNATORUM DISPUTATIONI OBJICIET, ET PALAM  
PROPUGNARE CONABITUR IN BAHIENSI MEDICINÆ FACULTATE,

THOMAS DIDACUS LEOPOLDUS CASTAGNETO. ✓

MANTUÆ CARPETANORUM NATUS (IN HISPANIIS),

AD DOCTORIS IN MEDICINÀ GRADUM PROMOVENDUS,

CREVENDIS DECEMBRIS ANNO MILLESIMO OCTINGENTESIMO QUADRAGESIMO TERTIO.

La nature emploie constamment les mêmes matériaux, et n'est ingénieuse qu'à en varier les formes.

Geoffroy St. Hilaire, *Philosophie anatomique*, t. 1, p. 18.

Il est possible sans doute (forces vitales) que celles aient au fond la même nature que les forces générales.

Adelon, *Physiol. de l'homme*, t. 1, p. 26.



SOTEROPOLI BAHIENSI.

EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI A COSTA VILLAÇA

M DCCCLIII.

# BAHIENSIS MEDICINÆ FACULTAS.

## **DOMINE DOCTORES.**

## PROFESSORES PROPRIETARI.

PRIMO ANNO.

- Em M. Rebouças . . . . . Botanices Medicæ et Zoologiæ elementorum.  
V. F. a Magalhães . . . . . Physices Medicæ.

SECUNDO ANNO.

- |                               |  |
|-------------------------------|--|
| E. F. França, Impugnator.     | Chymices Medicæ et Mineralogiae elementorum. |
| J. Abbott, Rectoris vicarius. | Generalis et specialis Anatomices.           |

TERT. ANNO.

- F. a P. ab A. et Almeida, *Præses*. . . . . *Physiologiae.*  
 J. Abbott. . . . . *Generalis et specialis Anatomices.*

QUART. ANNO,

- |  |  |
|--|--|
| F. C. a C. Dornund.                          | Pharmacœtices, Materiæ Medicæ, specialim Brasi-      |
| J. V. a F. A. et Ataliba, <i>Impignator.</i> | liensis, Therapeutices et artis formulas componenti. |
| Ein L. A. Dantas, <i>Impugnator.</i>         | Pathologicæ interne.                                 |
|  | Pathologicæ externæ.                                 |

QUINT. ANNO.

- J. H. ab Alencastre. . . . . Medicina Chirurgicæ, Anatomices Topograph. et Apparatum.  
F. M. Gesteira. . . . . Parinum, morborum mulierum prægnantium effætarumque et raccis natorum

SEXT. ANNO.

- |                                      |   |
|--------------------------------------|---|
| J. F. ab Almeida, <i>Impugnator.</i> | <i>Medicinæ Forensis.</i>               |
| J. B. ab Angelis.                    | <i>Hygienes et Historiae Medicinae.</i> |

A. P. Cabral. . . . . Clinics internæ et Anat. Patholog. ad illam pertinent, 5.º sexto que annis adjuncclarum.  
J. A. ab A. Chaves. . . . . Clinics externæ et Anat. Patholog. ad illam pertinent, 2.º 3.º 4.º 5.º sexto que annis adjuncclarum.

## PROFESSORES VICABIL.

- |                                     |                                      |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| J. a S. Gomes.                      | Sectionis Scientiarum accessoriarum. |
| M. A. a Sanctis, <i>Impugnator.</i> |                                      |
| A. J. a Queiroz.                    | Sectionis Medicar.                   |
| J. a S. Velho.                      |                                      |
| Desideratur.                        | Sectionis Chirurgicar.               |
| E. J. Pedroza.                      |                                      |
| I. a S. B. Cotizipe.                | Minister a Schole secretiss.         |

**OPTIMO ET DILECTISSIMO PATRI MEO,**

**BLANDÆ ATQUE SOLLICITÆ MATRI MÆ,**

*Pro summa veneratione et amore Filii per quam tenerrimi;*

**JOSEPHO ANTONIO A PASSOS,**

**VIRO BONO**

**GRATISSIMUS;**

*Meis omnibus fautoribus, quorum beneficiorum memorem me præbeo;*

*Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis!*

**OPUSCULUM HOCCE TENUISSIMUM**

**Dico**

**Auctor;**

## PROEMIUM.

---

Revera quantae et quam multae sint aliquis in quaestionibus mihi propositis difficultates haud ignorare possum; idcirco indulgentiam imploro meque tanto labori imparem confiteor. At saltem in medium sinceros afferam quæ paucula legi, quæ paucula vidi, et quæ in lectionibus tantorum et tam venerandorum Magistrorum discere mihi datum est. Ex duabus alterum, vel refellar et adeò convincar, ut, quas in conspectu omnium pono, implicitarum notionum in animo aestuantium, pro assertore me non gesserim necnon respuerim perinde ac mereantur; vel id temporis erit optima occasio cum istæ, etimiis splendidisque incitamentis, quibus animosè sententiam defendere possim, roborentur. Fazit divinum Nomen ut veritatem assequi queam!

Multum restat adhuc operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille sœcula præclendetur occasio aliqd adjiciendi,

Seneca, lib. I, epist. LXIV.

# DE PHYSIOLOGIÀ PHILOSOPHICÀ

## PROPOSITIONES.

---

### I.

Voces *corpus* ac *vis* nil nisi ideam solam, utcumque tantum esse reaps vel actuosa inspicitur, significant.

### II.

Inter se convenient congruuntque cerebrum et cōgitatio, quemadmodum corpus organicum visque vitalis.

### III

Motus ac vita ad materiem essentialiter non pertinent, illi verò, prout opus erat, fuere impertita.

### IV.

Generationes continuæ vitaliter animatorum nil nisi vitalis scintillæ series, quæ, alicundè aliò transeunte, sustinetur,

### V.

Vita actio complexa, cunctis in illâ modis virium etiam nunc notarum coincidentibus.

### VI.

Corporis organie vita nihil aliud quam, in focum, multarum virium de tenuissimis corporeis partibus ad centrum coactus, et mors quam virium ipsarum secretio.

### VII.

Nec magis nec minus animata natura, seu organica multiplicentur corpora, seu pereant.

### VIII.

In naturâ absolutam mortem non esse est existimandum, tantum pro organica existentia nostra.

## S

## IX.

Nulla ex viribus notis a se facit vitam, hæc autem ex harmonica contentione ita conficitur, ut ista istam vim vitalem constituat.

## X.

Neque effectus neque causa organorum dispositionis vita: voces organorum dispositio et vita, organa et actio organica revera idem significant.

## XI.

Phænomenum vitale nullum nulli organicae parti obnoxium concipi potest, ideoque virium vitalium principatus indiligens evasit elocatio.

## XII.

Non possum quin exclamem in eos, adumbratas vitales proprietates illis materiei tactari assiduè, effates.

## XIII.

Vitalium proprietatum existentiam assertiones, Ontologicorum quidem judicio, minimè accipendae.

## XIV.

Physicorum philosophandi ratio Physiologorum praestitit, ac non est dubium quin deinceps nobis magno adjumento alii aliam subrogate.

## XV.

Phænomenorum legibus altius perserutandis naturae generalium, forte illucescat ille dies qui ab iisdem vitae phænomena pendere rectè ostenderit, et in physicen generalem intropiscere physiologiam.

## XVI.

Organorum dispositio, sensus, motus spontalis, vita solummodo in spissæ cœti et locis lumen objectis existit.

## XVII.

Apud vegetabilia facile immania ignem concipientia, animalibus usu absumenta, deponuntur, quae in primis caloris viriumque principium lucro appositarum reperiant.

## XVIII.

Quae plantis ab aere, animalibus a plantis, aerique ab animalibus; quo in circulo jactatur seque patefacit vita, ubi verò sedet aeternumque sedebit materies, nunc huc, nunc illuc perpetuo currens.

## XIX.

In animantibus materies organica sanè maximi momenti est et pondēris; non quod in sensu et cogitationis organum se impunè convertat; sub hac impulsione concrēmantur atque, calore, electricitate regeneratis, quæ vis nostra constituta ejusque dimetita potestas, in atmospheram remeatae undè manarunt, organicae delentur materies.



## DE CHYMICE ALIÆ.

## I.

Chemica omnis permistio acido basique constat, sint modò simplicia, sint modò composita.

## II.

Chlorureta muriataque alia in alia perfacile convertuntur, nec non 1 at.  $\text{S}\text{O Ch}^2 + 1 \text{ at. H}^2 \text{ O} = 1 \text{ at. S}\text{O} (\text{Ch H})^2$

## III.

Ubi, quibus electro-negativum commune sit elementum, duæ intimæ chemicæ fuerint conjunctæ permistiones, salibus oxygenatis novum corpus assimilandum consequitur.

## IV.

Neutrum statum salium aestimandi ratio in eorum legibus compositiōnibus regentibus invenitur.

## V.

Cum liquata in aquâ mista fuerint bina salia neutra, neutrum statum, elsi resolvantur, servant.

## VI.

Diversarum basium quantitates, ipsius acidi datum pondus saturantes, ipsam oxygenii proportionem semper capiundae.

## DE RE HERBARIÂ.

Vegetabilibus immensa resolutionis apparatio, atque etiam, quas novimus, superior.

## DE PHYSICE.

Si experientiam in consilium adhibeamus, mora non erit quominus non effici posse confiteamur, ut materiei ideam prorsùs mortuac inertisve concipiamus.

## DE CHYMICE.

Non facilis et expedita est acidi oxydisque distinctio, atque dumtaxat ad confusionem difficultatemque facit Chemiae.

## DE ANATOMIE.

Quam dedit Chaussier denominationem spinali medullae, nempè rachideam encephali productionem, mala.

## DE PHYSIOLOGIÂ.

Cerebrum pro multiplici organo, ex partibus constanti diversis diversèque suo munere functis, habere sanè quam rationale.

## DE THERAPEIÂ.

Quae praesentissimam in strumas se medicatio praebuerit, adversùs etiam phthisin, et necessariò, quae priori, alteri offecerint.

## DE PATHOLOGIÂ INTERNÂ.

Illud doleo quod de morbis organicâ absque sede disserant Medici, ac pro certo in functione, nullae texturae obnoxium, laedi posse organum dicant.

## DE PATHOLOGIÂ EXTERNÂ.

Qui in internam externaque pathologiam, divisere perperam; quod a fundamento rationali neutiquam sustineatur divisio.

II

## DE MEDICINÂ CHIRURGICÂ.

Agendi rationem Colombar de l'Iserè ei ab hymenis atresiâ menostasi medenda viae, in crucis morem factae incisionis operâ, subrogandam arbitror.

## DE ARTE OBSTETRICIA.

Si per enixus laborem hysteroptosis incesserit, taxis periculosa, sed ut exeat foetus, ore tincæ ampliando organoque procidenti fulciendo, elabrandum.

## DE MEDICINÂ FORENSI.

Sulphydrico acido in acidi arseniosi disquisitione non respondet deutosulfas cupri ammoniaci, ac multis in rebus cives judices errore afficere potest.

## DE HYGIENE.

In diathermanâ corporum proprietate sunt hygienicae inquisitiones de umbellis faciendis, quae flammis lucidissimis calidissimisque opponantur.

## DE ANATOME PATHOLOGICÂ.

I.

Ubi anatomicae perturbationes perceptae non fuerint, reipsâ non esse haud inferendum, namque, his de causis, nisi fiduciaria non potest perpendicular scientia.

II.

Quae de tribus aliquam hyperaemias sive activam, sive passivam, sive mechanicam adumbret, nequit incomitata suppeditare injectio.

## HYPPOCRATIS APHORISM.

---

Frigida velut nix, glacies, pectori inimica, tusses movent, sanguinis  
eruptiones ac catarrhos inducunt.

Sect. V. aph. XXIV.

Non satietas, non fames, neque aliud quicquam, bonum est, quod su-  
prà naturae modum fuerit.

Sect. II. aph. IV.

Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum.

Sect. II. aph. VIII.

In exacerbationibus cibum substrabere oportet: exhibere enim noxium  
est. Et quoecumque per circuitus exacerbantur, in exacerbationibus sub-  
trahere oportet.

Sect. I. aph. XI.

In morbis minus periclitantur ii quorum naturae, et aetati, et habitui,  
et tempori magis cognatus fuerit morbus, quam ii quibus horum nulli  
similis fuerint.

Sect. II. aph. XXXIV.

Senes facillimè jejunium ferunt; secundò ætate consistentes, minimè  
adolescentes; omnium minime pueri; ex his autem, qui inter ipsos sunt  
alacriores.

Sect. I. aph. XIII.

EXPLICIT.

*Esta These estd conforme os Estatutos. Bahia 18 de Novembro de 1843.*

*Dr. Francisco de Paula d'Araujo e Almeida.*

---

SOTEROPOLI BAHIENS.

EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI A COSTA VILLAGE

M DCCC XLIII.